Videlicet Totam et integram sortem w Czesci Duplowskiey quae et quanta se Recognoscentes videlicet post Matrem suam concernebat in bonis Villae Kulczyce in Terra praesenti Premisliensi Consistentia, Cum omni Praemissorum Iuredominio proprietate tituloque hereditario Cum omnibus et singulis Bonorum sortium praefatarum Vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, Commodis emolumentis obuentionibus attinentijsque et pertinentijs generaliter Vniuersis Nihil ex Praemissis bonis Iuris Dominij, proprietatis, hereditatis, ac Cuiusuis Competentiae et praerogatiuae prose Recognoscentibus suisque successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo Verum ita latè Longè Circumferentialiterque prout sortium memoratarum Bona se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt et protenduntur, et prout eadem sortium praefatarum bona Ipsimet Recognoscentes tenuerunt, habuerunt et possidebant, ipsosque concernebant, ac eisdem legitime seruiebant. Iam exnunc et defacto Nobilibus Stephano et Michaylo Kulczyckim Iulukom Fratribus inter se germanis eorumque posteris dederunt donauerunt et perpetuo resignauerunt, prout dant, donant, ac titulo purae merae ac irreuocabilis Donationis inscribunt et resignant perpetuo et in aeuum irreuocabiliterque. In quae quidem bona sortium memoratarum praesentibus donata iam exnunc et defacto ydem Recognoscentes suprascriptis donatarijs suis et eorum posteris Coram officio praesenti, dant, dant et admittunt realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint officiose acceptandam per ipsos Donatarios suos et eorum successores haec eadem bona suprascripta sortium praefatarum praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes donata Cum Vniuersis eorum Vtilitatibus, et Vsu fructibus Competentijsque et praerogatiua quauis te:

nendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice uti, fruendi ac ad usus suorumq successorum quosvis bene placitos usus, fructus, libere et effectualiter convertendi modo ac Jure haereditario. Debentq et tenebuntur memorati Recognoscentes prout se ac suos successores in et sup bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniarijs habitis, et habendis cfatis donatarijs suis inscribunt et obligant praesentibus ipsos et eorum successores in dictis bonis sortium cfatarum psentibus donatis et ratione eorundem omnium psentibus resignatis ab omni et quavis impetitione Juridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusvis existentium exonerando in omni Judicio et officio Regni semper totiesquoties opus fuerit, per omnes exemptiones Terrestres, prout ad quamlibet psonam Terrestris spectat et ptinet exemptio, tueri defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnesq cum posteris reddere, nec non haec eadem bona praemissaq omnia psentibus donata ab omnibus in genere sumbus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa bona sortium cfatarum donatis modo quovis cuicunq psonarum factis, et faciendis, tum etiam a quibusvis citationibus super eadem praemissa omnia psentibus resignata importatis et importandis, Evenisdeneq et pluenis Processibusq Juris quovis in quocunq puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis, et obtinendis, ac sup praemissis omnibus psentibus resignatis modo quocunq productis et producendis emundare, et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem cfatam coram Officio psente admissam in fundos Bonorum cfatorum dum praeter et Lites duos Officiose requirit non denegare, imo debebunt et tenebunt eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem, Possessionem et usum fructus praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas submissas et subordinatas psonas non impedire nec adimere.

Ipsiq Do:

Ipsosq donatarios suos eorumq posteros in praemissis omnibus praesentibus donatis nullo modo iniuriari, ita ut eadem bona praesentibus donata cum universis eorum utilitatibus, et usufructibus ydem Donatarij sui cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationalis vigore tenere, habere, et possidere queant, illisque quiete et pacifice uti frui possint perpetuo irrevocabiliterque. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali Iuramento taxandis, et edicendis, praefatos Recognoscentes suorumque Successores suprascriptis Nobilibus Stephano et Michaeli Kulczyckim Tulubow Donatarijs suis eorumque posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali Iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succumbitis acrealiqua praesenti ex praemissis non completa Comparenda Citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Fedor Basilius et Iwan Kulczyccy gnidowie sive eorum Successores. Ad instantiam praenominatorum Stephani et Michaelis Kulczyckich Tulubow Donatoriorum suorum sive illorum successorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, damna praefacta Terrestria luere Inscriptioni praesenti satisfacere, ac etiam omne iudicatum pati debebunt et tenebunt seque ac suos successores ad eadem omnia Inscribunt et obligant praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causam eiusdem Termini semper peremptorios Sive Infirmitate per maiori Minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem

vel alys dilationibq et legalibq impedimentis non differendo ad quietatio=
nem praeterea Ultra primos et proxima Officij praefati Castrensis Capita=
nealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo
nullasq motiones apellationes ac causae prosequutiones faciendo ac
praemissa omnia poenis simplicibq vel triplicatis evasionibus suspen=
sionibus fatalijs Juris praesumptione, Terrestri, bello Convantioneqs
ac alijs omnibq Juris remedijs, et defensis Juris non subterfugiendo
nec modo alio quovis suadendo Hac sua praesenti personali Recogni=
tione ad praemissa omnia mediante.

Magnificus Capitaneus Sanocensis Gnosum Zielonka Quietat.

Coram Officio et Actis praesentibq Castrensibq Capitanealibq
Premisliens. personaliter Comparens Magnificus Georgius Vandalinus
309 de magna Kunczyce Mniszech Sanocens. Dembovecens. Szczy=
recens. Capitaneq sanq mente et Corpore existens a Terris distri=
ctibq, Juribq, Juris dictionibqq suis quibusvis proprys et Com=
petentibq recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien.
Jurisdictioni quo ad Actum hunc alteret secum suis successori=
bus ac bonis suis generaliter omnibq totaliter et plenarie in=
corporando atqs subyciendo palam, libere, publice, ac per expressum
recognovit. Quia ipse Generosum Paulum Zielonka eiusq praeter
teros de Intercisa interse et eundem Zielonka ratione Arendae
bonorum Oppidi Szczyrzec et villarum eo pertinens. tunc de Alter=
ra Intercisa ratione Bonorum villae Kuszyca aliarumq quandi=
uis Conditionum Consensptis earundemq Intercisarum Robora=
tionibus omnibusq earundem Intercisarum Conditionibus Conten=
tis et ligamentis quietat, emittit dimittit, liberumq et absolutum
Cum posteris ipsiq perpetuo pronunciat nec non Intercisas
praefatas.